SCHEDAE EPIGRAPHICAE

SCRIPSIT

HERMANNUS ROEHL

ACCEDIT TABULA LAPIDE EXPRESSA

BEROLINI

APUD S. CALVARY EIUSQUE SOCIUM

TYPIS DRÆGERIANIS (C FEICHTII)

A. MDCCCLXXVI.

Programm des königl. [illegible] Gymnasiums

SCHEDAE EPIGRAPHICAE

SCRIPSIT

HERMANNUS ROEHL

ACCEDIT TABULA LAPIDE EXPRESSA

BEROLINI

APUD S. CALVARY EIUSQUE SOCIUM

TYPIS DRÆGERIANIS (C FEICHTII)

A. MDCCCLXXVI.

INDEX.

ERRATA.

p. 2 inscr. 2 vs. 4 lit. 4: in lapide est Θ
p. 9 vs. 25 lege: Ἑρμαίοις.
p. 11 vs. 28 lege: Vs. 13.
p 12 vs. 5 lege: capit.
p. 15 vs. 17 lege: de latitudine.

Aestate a. 1875 Londinium profectus sum ut inscriptionum antiquissimarum aliis dialectis atque attica utentium ad editionem parandam certa apographa aut ectypa conficerem. Ubi quum custodum musei britannici, imprimis T. Newtonis, insigni liberalitate atque benevolentia, cuius gratissimo animo reminiscor, mihi contigisset ut negotium illud celeriter ex sententia peragerem, ne recentiores quidem inscriptiones neglegendas ratus et ibi nonnullas exscripsi et Oxonium me contuli ut marmora Arundeliana et quae ad ea accesserunt inspicerem. Cuius urbis in commemoratione versans non possum mihi temperare quin etiam hoc loco gratias agam iis quorum hospitalitate atque opera in illa urbe eximie sum usus: M. Müllero professori, Neubauero bibliothecae Bodleianae custodi.

a) INSCRIPTIONES INEDITAE.

1.

In columnarum toris admodum mutilis quos *Ephesi* repertos Wood in museum britannicum detulit. Quibus in fragminibus distinguuntur vetustiora ex marmore subrubro quorum inscriptiones saeculum quintum prodentes in alium locum remitto, et recentiora ex marmore cano et caeruleo quae superesse ex eo Dianae templo quod Alexandri M. aetate Asiani certatim aedificaverunt, literatura satis ostendit. Inscriptiones dispono secundum altitudinem literarum. 0,075 m: ΓΙ ΑΡΔΙΗΝΗΑΡ ΔΙΠ ΟΥΔC; 0,065 m: ΡC ΔΡΟΥ; 0,055 m: ΑΝΕ Ͻ ΡΥ ΞΜ ΝΗ ΑΝΤ ΞΥΣ ΕΘΗ ΤΟΙ ΗΚΕ ΕΘΗ; 0,052 m: ΘΡ ΝΕC Ε ϽΑ ΡΙΣΤ; 0,048 m: ΤΕΛ ΚΕ ϽΑ ΜΙΔC; 0,035m: ΛΡΤ; 0,025 m: ϽΝΑ. Prima quatuor fragmenta videntur eiusdem columnae esse; leg:

— — γι ̄ Σαρδιηνὴ Ἀρτ[έμι]δι τ[ὸν] οὐδὸ[ν ἀνέθηκεν]. Nota vestigia veteris dialecti Ionicae; similia obvia sunt in inscrr. C. I. 2008, 2058 sqq. (cf. p. 107), 2161, 2655, 2656, 2672, 2866, 2885, 2904, 2909, 2919. — Ex caeteris fragmentis ea quorum literae paris sunt altitudinis cave studeas componere; obstant huic conatui lapidum formae et colores non congruentes.

Sed agnoscenda sunt frustula sat multarum columnarum quarum inscriptiones eiusdem fere argumenti erant. Leguntur: [— — άν]δρου, ἀνέ[θηκε], [Ἀρτ]έμ[ιδι], [ἀν]έθη[κε], [ἀνέθ]ηκε, [ἀν]έθη[κε], Θρ[ασυ — —], [ἀ]νέθ[ηκε], [Ἀ]ριστ[— — —], [— —]τέλ[ης], [ἀνέθη]κε, [Ἀρτέ]μιδο[ς], Ἀρτ[έμιδι].

2.

Oxonii in subterraneo musei Ashmoleani exstant tredecim lapides Smyrnae et Ephesi effossi et ab Hyde Clarkio a. 1866 universitati dono dati. Horum septem in Asia a viatoribus et viris doctis exscripti, dein editi sunt; sex quod sciam nondum publici iuris sunt facti. Lapis *Smyrnaeus.*

ΑΚΑΙΕΙΛΕΙΘΥΙΑΚΑΙΩΔ
ΕΣΤΟΠΕΡΙΣΣΟΝ
ΜΟΙΣΑΩΝΜΕΛΕΔΗΜΑ
ΓΑΓΕΝΕΙΣΑΙΔΑΝ
ΓΑΣΤΡΟΣΑΠΩΣΑΜΕΝΑΝ
ΜΟΡΟΝΕΓΚΥΟΝΑΔΕΝΕΑ
ΝΙΣ
ΗΡΑΙΣΕΥΤΕΥΚΤΩΙΤΩΙ
ΔΥΠΕΝΕΣΤΙΤΑΦΩ

[Μοῖρ]α καὶ Εἰλείθυια καὶ ὠδῖ[ν]ες τὸ περισσὸν
Μοισάων μελέδημ' ἄγαγον εἰς Ἀίδαν,
γαστρὸς ἀπωσαμέναν μόρον ἔγκυον· ἁ δὲ νεανὶς
Ἡραῖς εὐτεύκτῳ τῷδ' ὑπένεστι τάφῳ.

Vs. 4 lapicida errorem ipse correxit.

3.

Lapis *Smyrnaeus*; vide n. 2.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣΤΗΣΚΡΑ
ΤΙΣΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΕΠΙΚΥΡΩ
ΣΑΝΤΟΣΤΟΥΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΥΛΟΛΛΙΟΥΑΟΥΕΙΤΟΥΕΔΟΘΗ
ΕΔΟΘΗΦΟΡΤΗΓΟΙΣΑΣΚΛΗΠΙΑΣΤΑΙΣ
ΕΚΤΟΥΕΝΙ//////ΡΙΟΥΒΑΘΒΑΤΑΕΞΗΣ
ΤΕΣΣΑΡΑ·ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ·ΑΥΡΗ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ

Ἀγαθῇ τύχῃ. ψηφισαμένης τῆς κρατίστης βουλῆς καὶ ἐπικυρώσαντος τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου Λολλι[αν]οῦ Ἀουείτου ἐδόθη φορτηγοῖς Ἀσκληπιασταῖς ἐκ τοῦ ἐν[πο]ρίου βάθβατα ἑξῆς τέσσαρα, ταμιεύοντος Αὐρη. Ἀφροδεισίου.

Lapicida neglegens vs. 5 in nomine proconsulis syllabam *αν* omisit, vs. 6 vocem *ἐδόθη* perperam repetiit. Vs. 5. Lollianus Avitus consul erat a. 144, unde efficitur ut inscriptio non multo recentior sit. Vs. 6. Putaverim mercatores, qui Smyrnae circa templum Aesculapii satis clarum (cf. Preller, Mythol. I. p. 428, C. I. 3158, 3159, 3170) habitabant ut aegrotis merces et medicamenta venderent, a deo quem patronum colebant nomen traxisse *φορτηγῶν Ἀσκληπιαστῶν*. His igitur mercatoribus, fortasse in summa caritate olei ut aegroti haberent unde emerent, ex emporio publico quaterna bath olei sunt data, opinor non sine pretio. Vocis *βάθβατα* quae in hoc titulo videtur esse i. q. bath, exstat confusa mentio in Etym. Gud. p. 103. 11, s. v. *βάδος* (ubi legitur *βηθβάδα*), etiam confusior apud Epiphan. de pond. p. 178, cf. Steph. Thes. s. v. *βάδος*.

4.

Cista *Smyrnaea;* vide n. 2.

in margine superiore ΣΤΛΑ[redacted]ΑΙΛΑΡΑ

in margine inferiore ΛΕ ΣΤΛΑ[redacted]ΛΟΣΝΗ

Στλακκία Ἱλαρά, λε΄.
Στλάκκιος Μηνόφιλος, νη΄.

Haec nomina etiam alibi in inscriptionibus graecis inveniuntur.

5.

Lapis *Smyrnaeus;* vide n. 2.

ΜΑΡΚοΣΛΕΙΒΕΙοΣΤΥ
ΤΩΚΑΙΤΩΚΑΤοΙΧοΜ
ΚΑΙΤοΙΣΤΕΚΝοΙΣΚΑΙ
ΑΓοΡΑΣΑΣΤοΥΜΝΗΜ
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΤΗΝ
ΡΙΦΡΑΓΜΑΤοΣΚΑΙΤ
ΣΙΝΚΑΙΣΩΛΑΡΙοΥΣ
ΤΕΓΙοΝΤοΥΣΩΛΑΡ
ΚΑΚΑΜΑΡΩΤΗΝΚΑ
ΣΙΝοΛΗΝΚΑΙΘΥΡΑ
ΠΡοΣΘΕΝΤοΥΝ
ΕΞοΥΣΙΑΝΕ
ΔΕΤΙΣΕΙΣ
ΝΩΝΥΠΕ
ΦΙΣΚοΝ
ΓΡΑΦ

Μάρκος Λείβειος Τυ[χικὸς . . . . ἑαυ–
τῷ καὶ τῷ κατοιχομ[ένῳ πατρὶ (?) (nomen)
καὶ τοῖς τέκνοις καὶ [τοῖς ἰδίοις πᾶσιν
ἀγοράσας τοῦ μνημ[είου τούτου τὸν τόπον
κατεσκεύασε τὴν [. . . . . τοῦ πε–
ριφράγματος καὶ τ[ὴν . . . .
σιν καὶ σωλαρίου σ[. . . . . καὶ τὸ
τέγιον τοῦ σωλαρ[ίου καὶ . . . .
κα[ὶ] καμαρωτὴν κα[μάραν καὶ τὴν ἔσω κόσμη–
σιν ὅλην καὶ θύρα[ν . . . .
πρόσθεν τοῦ μ[νημείου, μηδενὸς ἔχοντος
ἐξουσίαν ἕ[τερον πτῶμα εἰσφέρειν· ἐὰν
δέ τις εἰσ[ενέγκῃ τῶν προγεγραμμέ–
νων ὑπε[ναντίον ποιῶν ἀποδώσει εἰς τὸν
φίσκον [δηνάρια φ΄. τῆς ἐπιγραφῆς ἀντί–
γραφ[ον κεῖται ἐν τῷ ἀρχείῳ.

De solariis cf. C. I. 3278; 3281; 3286; 9275.

6.

Lapis *Smyrnaeus*; vide n. 2. Pars sinistra serra desecta est; literae in parte superstite valde detritae.

I A N
ι A N O Y Σ
in corona
O Δ H M O Σ

Legendum est: . . .]ίαν[. . . φ]άνους

7.

Lapis *Smyrnaeus*; vide n. 2.



Literae magnae atque profundae. Est titulus sepulcralis episcopi cuiusdam Smyrnaei. Leg: . . . . πρόε]δρος, ἐπί(σ)κο(πος). De proedris cf. Ducange.

8.

Oxonii in instituto Tayloriano complures vidi lapides quos a Burgone *Smyrna* delatos et huic collectioni donatos esse interroganti mihi a gnaris affirmatum est. Quorum unus qui anaglypho ornatus est, inscriptionem praebet adeo obliteratam ut non nisi hae literae cognoscantur/ ////NA //////Λ quarum ductus satis bonam ostendunt aetatem.

9.

Cippus Smyrnaeus; vide n. 8.

Ἰούλιε	I O Y Λ I E
Ξύστε,	Ξ Y Σ T E
χαῖρε.	X A I P E

10.

Cippus *Smyrnaeus;* vide n. 8.

Θεοδούλη	ΘΕΟΔΟΥΛΗ
Ἀσκληπιάδου,	ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
χαῖρε.	ΧΑΙΡΕ

b. INSCRIPTIONES EDITAE QUAS DENUO EXAMINAVI.

Atticarum inscriptionum lectiones hoc loco edere supersedeo iam instantibus earum inscriptionum fasciculis posterioribus.

C. I. 1052.

Vs. 1. nomen proprium accurate discerni nequit; neque vero ea quae cognoscuntur lectioni Boeckhii adversantur. Vs. 2. certissime in lapide est ΙΠΠΩΓΠΑΓΧΑΡΕΟΣ. Vs. 4 ΑΝΤΙΠΑΣΕΥΜΑΧΟΥΜΝΑΣΙΘΕΟΣΠΑΣΙΩΝΟΣ *Ἀντίπας Εὐμάχου, Μνασίθεος Πασίωνος.*


C. I. 1607.

Hic lapis in tribus lateribus scriptura tectus tumulo symmetro qui in subterraneo musei Ashmoleani ex multis inscriptionibus exstructus est, parum opportune est insertus et mortario affixus ut ad huius lateris inscriptionem vix possis accedere. Vs. 2. nomen mensis *Αἰραστυών* nequaquam pro certo haberi potest quia in prioribus literis lapis lacunam traxit. Mihi aut ΑΠΑΣΤΥΩΝ aut ΑΓΡΑΣΤΥΩΝ videbatur latere.

C. I. 1692.

Titulus *στοιχηδόν* scriptus; hinc corrige quae de literis plus quam solet inter se distantibus tradebantur. Omnes versus in fine sunt integri praeter vs. 2. Licet lapis compluribus locis aliquatenus obliteratus sit tamen vestigiis quae restant accuratius inspectis de vera scriptura nusquam potest dubitari. Maxime miror quod Chandlerus in fine vs. 14. satis perspicuo erravit. Vs. 15. principium evanidum paucas continuit literas, reliqua versus pars est vacua.

θεός,]τύχα· Δελφοὶ ἔδωκ]αν Πατρώνδ[ᾳ Κλέ]ων[ος], Εὐδώρῳ Κλε]άρχου Βοιωτοῖς ἐκ]Τανάγρας αὐτοῖς κα]ὶ ἐγγόνοις προξενί]αν, προμαντείαν, ἀτ]έλειαν, ἀσυλίαν, προεδρίαν, προδικίαν, ἐπιτιμὰν καθάπερ Δελφοῖς. ἄρχοντος Θοινίωνος, βουλευόντων[Ἀ]σωποδώρου, Ἡ]ρακλείδα, Δαμοτίμου].



Vs. 10 Ad *ἐπιτιμάν* cf. Curt. Delph. n. 40. 46. Vs. 12 Tres sunt consiliarii, ut in aliis inscriptionibus Delphicis haud paucis: cf. C. I. 1710 ubi *καί* non inserendum erat, et imprimis Curt. Delph. p. 53.

C. I. 1843.

Haec tabula aerea iam museo britannico illata est. Mustoxydes qui bis titulum edidit (in Illustr. Corcyr. et Rebus Corc.) neque versuum divisionem servare curavit neque veritus est multa verba de suo addere. Tantam levitatem non suspicans Boeckhius illius potissimum exemplum secutus est. At in aere legitur:

Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ πρόξενον εἶμεν Παυσανίαν Ἀττάλου Ἀμβρακιώταν τᾶς πόλιος τῶν Κορκυραίων, αὐτὸν καὶ ἐγγόνους, εἶμεν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλλα τίμια ὅσα καὶ [τοῖς ἄλλοις προξένοις [καὶ εὐεργέταις γέγρα-

πται. τὰν δὲ προξενί-
αν προβούλους καὶ προ-
δίκους γράψαντας εἰς
χάλκωμα ἀναθέμεν.
τὸν δὲ ταμίαν δόμεν
τὸ γενόμενον ἀνάλω-
μα.

In plintho, literis grandibus atque editis:

Παυσανίαν Ἀττάλου
Ἀμβρακιώταν

C. I. 2254.

Vs. 3. ΕΤΥΓΧΑΝΟΝΗ//////// leg. ἐτύγχανον ἠ[μφισβη]τ[η]κότες. Vs. 5. ΚΑΙΝΕΜ///// leg. καὶ νέμ[ειν]. Vs. 14. ΣΥΝΩΜΟΛΟΓΟΥΝ et vs. 18. ΠΑΡΑΓΕΝΕΣΘΑΙ quae Boeckhius coniecerat in lapide discernuntur. Vs. 20. ΠΡΙΗΝΕΑΣ; quae sequebantur evanuerunt; supple: [διὰ τὸ κατὰ πόλ]ε[μ]ον προσενέγκασθαι Πριηνέας [πρὸς τοὺς Μιλησίους ὑπὲρ τῆς χώρ]ας. Vs. 26 ΚΑΤΑΤΗ ..... ΗΣ .... inter ΤΗ et ΗΣ quinque aut sex elementa perierunt; post ΗΣ Chandlerus praebet Κ, quod nunc non videtur. Legerim: νῦν δὲ ἠξίουν ἡμᾶς κατὰ τὴ[ν περὶ τ]ῆς κ[τήσεως συνθήκην δοῦναι αὐτοῖς τ]ὴγ χώραν. Vs. 29. ΜΕΤΑΔΕΤΗΝΛΥΓΔ .... μετὰ δὲ τὴν Λυγδ[άμιος εἰσβολὴν vel sim. Lysimachum regem Samiis terram adiudicasse recte censet Boeckhius p. 574 sq.

C. I. 2256.

Literae pulchrae, optime servatae. Vs. 3. ante ΕΝΤΕ apparent vestigia literae Ε. Vs. 7. ΕΛΛΕΤΑΙ et vs. 9. ΕΠΗΙΝΗ, quae praebet Chandlerus, re vera exstant in lapide. Vs. 10. ΙΓΓΙΝΟΥΣΙΔΩΝ. Inscriptionem sic fere explendam puto:

Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ] δήμῳ· Βαττ...
.... ·ἐπ]ειδὴ Μητρόδ[ωρος
Σιδώνιος διατετέλεκ]ε ἔν τε τοῖς πρ[οτέ-
ροις χρόνοις εὔνους κα]ὶ πρόθυμος ὢ[ν π-
ρὸς τὸν δῆμον τὸν Σαμί]ων καὶ νῦν[τοῖς πα-
ρεπιδημοῦσιν Σαμίων ἐ]κ τοῦ νόμου [ἐν Σι-
δῶνι κατ' ἐμπορίαν ἀπαγγ]έλλεται χρήσ[ιμο-
ς γενόμενος καὶ κοινῇ κ]αὶ ἰδίᾳ, δεδόχ[θ-
αι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δ]ήμῳ ἐπηνῆ[σθαι

μὲν Μητρόδωρον . . . . .]ιγγίνου Σιδών[ι-
ον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ ε]ὐνοίας ἣν ἔχων [δ-
ιατετέλεκεν πρὸς τὸν] δῆμον τὸν Σαμί[ων·
τυγχάνειν δὲ Μητρόδωρον] τῆς αὐτῆς ἐπιμ[ελ-
είας, ἣν ποιεῖται Σαμίων,] παρὰ τοῦ δήμ[ου ἐὰν
εἰς Σάμον παρέλθῃ· εἶν]αι δὲ αὐτῷ κα[ὶ
εἴσπλουν καὶ ἔκπλου]ν ἀσυλεὶ καὶ
ἀσπονδεὶ καὶ ἐν εἰρή]νῃ καὶ ἐμ πο-
λέμῳ, εἶναι δὲ αὐτὸν κα]ὶ πρόξενο[ν κτλ.

Habemus psephisma Atheniensium (C. I. 87) quo constitutum erat *ὁπόσοι ἂν Σιδωνίων οἰκοῦντες ἐς Σιδῶνι καὶ πολιτευόμενοι ἐπιδημῶσιν κατ' ἐμπορίαν Ἀθήνησι, μὴ ἐξεῖναι αὐτοὺς μετοίκιον πράττεσθαι μηδὲ χορηγὸν μηδένα καταστῆσαι μηδ' εἰσφορὰν μηδεμίαν ἐπιγράφειν.* Has immunitates Athenienses Sidoniis certissime non concessissent nisi Strato Sidoniorum rex qui propter magna erga rempublicam Atheniensem merita illo titulo honoratur, iis Atheniensium qui Sidone versabantur similes largitus esset. Iam, si modo Samiae inscriptionis versum sextum recte explevimus, etiam Samii secundum legem quandam Sidone commorabantur ut conicere liceat hanc Samiorum et Sidoniorum amicitiam lege immunitatis firmatam ab eodem Stratone eodem fere tempore institutam esse atque amicitiam Atheniensium et Sidoniorum. Quae si recte disputata sunt, etiam hic titulus ad Olymp. 101—103 referendus est cui tempori literarum ductus bene conveniunt. — Vs. 7. et vs. 9. cur Boeckhius ab iis literis quas Chandlerus in lapide esse testabatur recedere decreverit, non perspicio; ΕΛΛΕΤΑΙ est *ἀπαγγ]έλλεται*; neque passivum *ἐπῃνῆσθαι* pro activo *ἐπαινέσαι* in huius generis inscriptionibus insolens: cf. 2060; Add 2334b; Add 2349b; 2671; 2675b; 2676; 2678; 2693 c, d.

C. I. 2266.

Lapis praesertim in dextera parte valde detritus. Quantum hic perierit Chandlerus non accurate indicavit; versus fere centenarum vicenarum literarum videntur fuisse; hinc de magnitudine iacturae in singulis versibus coniecturam facere licet. Paucis locis plura legere potui quam Chandlerus: vs. 2. ΥΨΟΣΗΜΙΠΟ *ὕψος ἡμιπο[διαι..]*; v. 3. ΕΝΕΤΕΣΙ ΤΕΤΤΑΡΣΙΚΑΙΜΗΣΙΝΕΞΕΙΔΕ *ἐν ἔτεσι τέτταρσι καὶ μησὶν ἕξ· εἰ δὲ . . .* vs. 4. ΠΟΙΕΙΝ ΤΟΙΣ *ποιεῖν τοῖς.* — In latere averso paucissima apparent elementa.

C. I. 2556.

Vs. 12. in lapide clarissime cernitur ΠΡΙΑΝΣΙΟΥΣ qui accusativus ad constructionem non quadrans incuriae marmorarii videtur deberi. — vs. 43. *παραγγήλωντι* est in la-

pide et dialecto convenit, cf. Ahrens, dial. dor. p. 158 et p. 337. — Recte Boeckhius vs. 45. spatia duo vacua quae praebet Chandlerus omisit et vs. 48. e Chandleri lectione ΚΟΙΝΩΙΔΙ secundum Ι expunxit; lapis assentitur. — vs. 49. ΕΠΙΓΡΑΨΑΜΕΝΟΝ aperte scriptum est in lapide; itaque legendum *ἐξέστω τῷ βωλομένῳ δικάξασθαι — τίμαμα ἐπιγραψάμενον* sublato soloecismo quem Boeckhius admisit.

C. I. 2860.

In fine columnae primae duos versus, in fine columnae secundae unum versum cognoscere potui, quos Chandlerus omisit; hi tres ab utraque parte sunt obliterati. Col. I. vs. 20. ΛΙΑΝ ΧΙΟΝΡΥΤΟΝ . . . ΟΝΟΧ̓ΝΟΝ nota *Χῖον ῥυτόν.* vs. 21. ΛIIIIΑΙΟΣΣΩΙΔΙΑΕΧΟΝΤΑΝΕΑΤΑΤΕΩΤΑ *ζῴδια ἔχοντα νέα τά τε ὦτα.* Col. II. vs. 14. ΤΙΔΑΩΤΙΔΑΛΑΒΗΝΕΧΟΥΣΑΝΚΙΒΩΤ· ΡΙΟΝ *ὠτίδα λαβῆν ἔχουσαν, κιβωτάριον*; videtur *ὠτίς* nomen vasis esse.

C. I. 3087.

De origine huius tituli parum constat; Dawkinsianorum marmorum septem Teo ablata esse traduntur (3098, 3099, 3110, 3112, 3114, 3117, 3121), quinque Athenis (87, 405, 427, 523, 989); ex argumento tituli diiudicari nequit ex utra civitate sit oriundus. Nomen Eumenis Boeckhius origini Teiae convenire censet; quam originem etiam demoticorum absentia si non probat at certe commendat. — Versus non paris sunt longitudinis. Vs. 1. ante ΝΑΣΙ exstant reliquiae elementorum ΟΝΓΥΜ; Vs. 3. in lapide est ΕΝΟΥΣΙΟΥ quod dedit Chandlerus, non ΕΝΟΥΣΤΟΥ; Vs. 5. ante Λ extrema dextera pars literae Κ servata est. Itaque titulus in hunc fere modum videtur posse suppleri:

τὸν δεῖνα]ον γυμνασι-
αρχήσαντα καλῶς καὶ ἐνδόξως, παιδοτριβ]οῦντος Δημοκράτου
τοῦ δεῖνος, ὑποπαιδοτριβούντων . . . Εὐμ]ένους, Ἰου. Εὐμένους
οἱ ἔφηβοι καὶ οἱ νέοι ἀνέσ]τησαν ἐν τοῖς Ἑρμαίοις
Ἡρακ]λέοις

Lucramur igitur nomen diei festi *Ἕρμαια Ἡράκλε(ι)α.*

C. I. 3098.

Vs. 3. ΓΟΝΕΙΣΙ. vs. 4. ΠΩΛΙΤΤΗ. Vs. 8. ΠΩΛΛΙΤΤΑ

C. I. 3099.

Vs. 1. ΒΑΚΧΙΣ quod Keilius coniectura invenerat est in lapide.

C. I. 3142.

Inscriptio difficillima est ad legendum. Col. I vs. 6. recte Boeckhius sequitur Chandlerum omissa voce ΤΟΥ quam alii post ΛΕΟΝΙΚΟΣ dederant. Vs. 16. Cum Chandlero ΜΗΤΡΟΣ mihi videor cognoscere; haud dubie ante Μ aliquot literae perierunt; *Δη]μή-τρ[ι]ος?* Vs. 32 ΜΕΝΕΚ. Col. II vs. 4 fin. litera Α incerta. Vs. 5 post ΚΕΡΑΜΙΔΑΣ spatium vacuum, tum ΠΙ. Col. III vs. 7 ΑΠΟΛΛ. Vs. 18 et vs. 20 ΗΡΩΦΙΛΟΥ. Vs. 21 ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ. Vs. 22 ΜΕ... ΚΑΙ *Μέ[νων] καὶ*; lacuna tres capit literas. Vs. 26 ΕΛΕΥΘΕΡΟΣ. Vs. 28 ΗΡ////ΝΙΚΗΣ. Vs. 34 fin. ΑΚ..ΙΤΙΔ.. Secunda litera aut Κ aut Χ est; tertiae et quartae vix umbra superest; tres literas inter ΑΚ et ΙΤΙΔ periisse mihi non videbatur verisimile; post ΙΤΙΔ nunc nihil legitur. Vs. 38 ΛΕΟΝΤΙΟΥ.

C. I. 3162.

Vs. 33 Lapis confirmat Boeckhii coniecturam *Εὐάρεστος*. Multitudo errorum a transcribentibus in hac voce commissorum non mira; nam literae Ε et Σ in hoc lapide sunt simillimae, in secunda litera Ε marmorarius mediam lineam transversam omisit, in fine addidit signum literae Ζ simile quo finem indicaret.

C. I. 3193.

Vs. 8 in lapide est ΑΛΛΑ; alterum Λ omisit marmorarius.

C. I. 3261.

Vs. 1 Nomen patris erat *Ἀξίμνηστος*, non *Ἀείμνηστος*. Lapicida postquam in versu primo scripsit ΑΞΙΜΝΗΣΤ intellexit fore ut vox parum apte dissecaretur; itaque literas ΣΤ in prima linea aliquatenus exstinxit, in secunda repetivit.

C. I. 3270.

Vs. 6. fin. ΕΥΝ. Vs. 8. ΖΜΥΡ. Vs. 8. fin. nota ⟩Κ non est in lapide. Vs. 12. ΑΛΛΕΝ. Vs. 16. ΟΡΕΜΜΑΣΙ. Vs. 17. ΣΥΝΕΙΣΕΝΗΝΕΧΕΝΑΙ. Vs. 19. ΥΜΝΕΣΟΓΕΡΩΝ; post Ο non Τ est sed Γ e more huius tituli apicibus ornatum. Vs. 21. ΕΠΑΚΛΟΥΘΗΣΕΙ.

Apparet quum in aliis tum in hoc titulo qui mendis lapicidae scatet Chandlerum in transcribendo plerumque multo maiore fidelitate usum esse quam caeteros qui his Arundelianis marmoribus operam navarunt.

C. I. 3282.

Vs. 9. init. Lacuna tam parva est ut non plus quam duas literas intercidisse putandum sit; leg. *Καστρικι[αν]ὸς καὶ Ῥαριανό[ς]*.

C. I. 3304.

Vs. 4. ΣΥΠΠΙΝΑΔΩΝ, vox obscura. Vs. 6. ΩΝΔΕΞΙΑΧΕΡΙΤΩΗΡΩΩΕΙ. Caetera accuratissime exscripsit Chandlerus.

C. I. 3333.

Vs. 5. ΤΗΕΔΕ. Vs. 9. ΦΟΣΣΡΗ. Vs. 10. ΕΝΕΠΛΗΣΕ.

C. I. 3357.

Versus 10 nihil continebat nisi ❧ ΑΡΧΕΙΟΝ ❧. Foliorum et literarum summa fastigia supersunt.

C. I. 3391.

Tres insunt inscriptiones. Earum veterrima est prima (vs. 1—3); non multo iunior ea quae nunc in fine legitur (vs. 6. 7); aliquanto recentiore aetate spatium quod vacuum remanserat recepit tertiam inscriptionem (vs. 4. 5). Haec neglegentius et minus profunde quam illae est incisa, ut aegerrime aliquid extrices. In lapide exstat quod videam:

ΦΙΒΩΛΛΗΚΑΙΑΒΙΟΛΑΚΑΙ/////////////
ΙΛΙ///ΤΟΙϹΚΑΤΟΙΧΟΜ/////////////

i. e. *Φιβώλλῃ καὶ Ἀβιόλᾳ καὶ... λί[ᾳ* vel *ῳ] τοῖς κατοιχομ[ένοις]*.

C. I. 6975.

ΝΙΚΩΝΟΣ.. ιιΣΧΑΙΡΕ. Ante ΝΙΚ etc. fortasse nomen per compendium scriptum evanuit: *[Αὐρ.] Νίκωνος· ἥρως χαῖρε.*

Sequitur ut de septem inscriptionibus Hyde Clarkianis loquar quae iam sunt editae. Quarum quatuor Waddingtonius tam accurate tamque diligenter exscripsit ut nullam invenire possem varietatem lectionis: vide in Explicc. n. 136a, 136c, 136d, 162b. Iam accipe lectiones reliquarum trium inscriptionum.

C. I. 2954; Lebas 137—139.

C. I. 2954 Lat. A = Le Bas 137. Num vetera apographa in dextera huius lateris parte exitus versuum recte praebeant, diiudicari non potest quia ille lapidis margo nunc etiam magis laesus est quam superiore saeculo. Sed lacunarum magnitudinem mensus aliquot locis certiora supplementa possum suppeditare. Vs. 43. *ὁ δῆμος* [*ὁ*] *Ἐφεσίων* vel potius *ὁ δῆμος* [*τῶν*] *Ἐφεσίων* quod non adeo inusitatum est. V. 15. fin. post *θεῷ* adde *ὅλον* vel *πάντα*. Vs. 20. init. Vetera apographa praebent ΕΙΟΥΣ; litera Δ quae praece-

dere traditur, incertioris est fidei; Le Bas · Ε · ΟΥΣ. Quae nunc in lapide cernuntur probant aut · ΕΙΟΥΣ aut · ΕΤΟΥΣ scriptum fuisse. Hanc ob causam Boeckhii supplementum *μην[ὸς διὴν]ε[κ]οῦς* non quadrat; accedit quod numerus elementorum suppletorum non sufficit. Propono: *μην[ιαίας ἑκάστου]ἔτους τὰς ἑορτάς*, Vs. 22. Lacuna non cadit Boeckhii supplementum; fortasse leg. *τῆς[θεοῦ τιμωμέ]νης*. Vs. 22. post *ἡμῖν* adde *πολύ* vel sim. Vs. 23. *εὐδ[οκιμωτέρα]εἰς*. Vs. 24. Le Bas impressit ΕΙΣΤΟΝΠΑΝΤΑΔΙΑΜΕΝΕΙΧ; at ex veteribus quibus Boeckhius usus est apographis apparet lapidem cavo profundo quod nunc inest iam tum turpatum fuisse. Itaque non legisse Le Basium literas ΝΠΑ putandum est, sed ex Boeckhii supplementis temere in ipsum exemplum intulisse; qualia commisit saepius. Sed maior est lacuna; leg. *εἰς τὸ[ν μέλλο]ντα διαμενεῖ χ[ρόνον*.

C. I. 2954. Lat. B = Le Bas 139. Vs. 1. fin. Margo non integer. Vs. 11. In lapide esse ΦΑΙΝΙΟΥ, non ΦΑΝΝΙΟΥ quod Le Bas ex Boeckhii notis recepit, recte adnotavit Waddington, qui lapidem Ephesi contulit.

Le Bas 138. Vs. 8. Le Bas: ΕΝΑΥΤΑΙΣ; Waddington minusculis dedit *ἐπ' αὐταῖς*, recte, hoc enim in lapide est. — Vs. 12. Le Bas: ΤΟΥΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ · · ΠΟΥ · ΔΙΔΙΟΥ; Waddington *τοῦ ἀγωνοθέτου, υἱοῦ Αἰλίου*; in lapide: ΤΟΥΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ · ΥΟΥ · ΑΙΛΙΟΥ ·

Waddington, explic. n. 136 b.

Superficies lapidis tempestatis iniuria valde exesa. Lapis primitus continebat undecim versus quorum primus et ultimus perierunt. Titulo diu inspecto et ectypo chartaceo confecto contigit mihi ut paulo perfectiorem lectionem assequerer quam Waddington. Attamen eum versum, qui nunc est primus, ille integriorem ante oculos videtur habuisse, nam legit ΤΩΝΕΚΤΕΙΙΙΚΑΙΕΞΕΤΟΙΜΟΥΠΑΡΕΛΟ. Praeterea Vs. 7. fin. W. legit ΔΕΚΑ.

(Vide tabulam.)

[Ἐπὶ πρυτάνεως Βαδρομίου — — — — — Ἐπειδὴ Σκύθης Ἀρχιδάμου — — —]
χρήσιμος γέγονε τοῖς πο]νοῦσιν τῶν πολιτῶν, ἐκτε[νῶς?] καὶ ἐξ ἑτοίμου παρελθ[ὼν πρὸς — —
— — ώς] κα[λόν] τε καὶ [ἐ]πιβάλ[λ]ον ἐστὶν ἀνδρὶ φιλοπολίτῃ καὶ φροντίζοντι δόξης καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολίταις [ἐπιφα-
νοῦς τιμῆς] ὁ δῆμος εὐχάριστος ὢν καὶ ἐπεγνωκὼς τὴν τοῦ ἀνδρὸς καλοκάγαθιαν ἔκρινεν ἐπαινέσαι Σκύθην ἐφ' ἧ[ι ποιεῖ-
ται σπουδ]ῇ καὶ προνοίᾳ περί τε τὰ ἱερὰ καὶ δημόσια πράγματα καὶ τὰ λοιπὰ τὰ διὰ τοῦ ψηφίσματος δηλούμενα καὶ σ[τεφα-
νῶσαι αὐ]τὸν χρυσῷ στεφάνῳ ἐν τοῖς Διονυσίοις τοῖς μετὰ Βαδρόμιον πρύτανιν ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν γενόμεν[ος



ΘΑΛΗΑΙΚΑΙΤΟΙΣΙΔΙΟΙΣΠΑΣΙΟΚΑΙΤΟΥΤΟΤΟ
ΜΝΗΜΗΟΝΚΛΗΡΟΝΟΜΩΙΟΥΚΑΚΟΛΟΥΘΗΣΕΙ
ΜΗΔΕΝΙΔΕΕΞΕΣΤΩΤΟΥΤΟΤΟΜΝΗΜΗ
ΟΝΗΜΕΡΟΣΤΙΑΥΤΟΥΜΗΤΕΠΩΛΗΣΑΙΜΗΤΕ
ΜΕΤΑΘΕΙΝΑΙΜΗΤΕΕΞΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙΜΗΤΕΔΟ
ΛΩΙΠΟΝΗΡΩΙΤΙΠΟΗΣΑΙΟΜΟΙΩΣΔΕΜΗΔΕΝΙΕΞ
ΕΣΤΩΑΓΟΡΑΣΑΙΑΥΤΟΗΔΟΛΩΙΠΟΝΗΡΩΙΤΙΠΟΙΗΣΑΙ
ΤΩΔΕΥΠΕΝΑΝΤΙΟΝΤΟΥΤΟΙΣΤΙΠΟΙΗΣΑΝΤΙΗΠΩ
ΛΗΣΑΝΤΙΗΜΕΤΑΘΕΝΤΙΗΔΟΛΩΙΠΟΝΗΡΩΙΤΙΠΟΙΗΣΑΝ
ΤΙΜΗΤΕΓΗΕΙΗΒΑΤΗΜΗΤΕΚΑΡΠΟΥΣΕΚΓΗΣΗΕΚΘΑ
ΛΑΣΣΗΣΙΛΑΡΟΥΣΕΙΗΔΕΞΑΣΘΑΙΟΙΤΕΘΕΟΙΟΙΟΥΡΑ
ΝΙΟΙΚΑΙΟΙΚΑΤΑΓΗΣΔΑΙΜΟΝΕΣΚΕΧΟΛΩΜΕΝΟΙΑΥΤΩ
ΙΚΑΙΓΕΝΕΙΑΥΤΟΥΕΙΗΣΑΝΚΑΙΟΠΑΡΑΤΑΥΤΑΠΟΙΗΣΑΣΗΠΩ
ΛΗΣΑΣΗΜΕΤΑΘΕΙΣΗΑΓΟΡΑΣΑΣΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΤΗΙΖΜΥΡ
ΝΑΙΩΝΓΕΡΟΥΣΙΑΑΡΓΥΡΙΟΥΔΗΝΑΡΙΑΔΙΣΧΕΙΛΙΑΚΑΙΤΩ
ΙΕΠΕΞΕΛΕΥΣΟΜ ΜΑΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΔΗΝΑΡΙΑΧΕΙΛΙΑΚΑΙΟΥΔΕ ΗΩΝΤΩΝΚ





ΟΡΙΓ
ΝΙΟΝ

ΝΟΥΣΙΝΤΩΝΠΟΛΙΤΩΝ ΜΕΛ Κ ΛΥ
ΚΑ ΤΕΚΑΙ ΠΙΒΑΛ ΟΝΕΣΤΙΝΑΝΔΡΙΦΙΛΟΠΟΛΙΤΗΙΚΑΙΦΡΟΝΤΙΖΟΝΤΙΔΟΞΗΣΚΑΙΤΗΣΠΑΡΑΤΟΙΣΠΟΛΙΤΑΙΣ
ΟΔΗΜΟ Υ ΑΡΙΣΤΟΣΩΝΚΑΙΕΠΕΓΝΩΚΩΣΤΗΝΤΟΥΑΝΔΡΟΣΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΝΕΚΡΙΝΕΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕΣΚΥΘΗΝΕΦΗ
ΙΚΑΙΠΡΟΝΟΙΑΙΠΕΡΙΤΕΤΑΙΕΡΑΚΑΙΔΗΜΟΣΙΑΠΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΑΛΟΙΠΑΤΑΔΙΑΤΟΥΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣΔΗΛΟΥΜΕΝΑΚΑΙΣ
ΤΟΝΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΕΝΤΟΙΣΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣΤΟΙΣΜΕΤΑΒΑΔΡΟΜΙΟΝΠΡΥΤΑΝΙΝΕΝΤΩΙΑΓΩΝΙΤΩΝΑΝΔΡΩΝΓΕΝΟΜΕΝ
ΑΣΤΗΣΑΣΟΔΗΜΟΣΣΤΕΦΑΝΟΙΣΚΥΘΗΝΑΡΧΙΔΑΜΟΥΑΝΔΡΑΚΑΛΟΝΚΑΙΑΓΑΘΟΝΟΝΤΑΚΑΙΕΥΝΟΥΝΤΗΙΠΟΛΕΙΙΝΑΔΕΚ
ΕΙΔΟΤΕΣΠΑΝΤΕΣΗΝΕΙΣΦΕΡΕΤΑΙΣΠΟΥΔΗΝΟΔΗΜΟΣΥΠΕΡΤΗΣΤΩΝΑΡΙΣΤΩΝΑΝΔΡΩΝΤΙΜΗΣΖΗΛΩΤΑΙΤΩΝΧΕ
ΚΑΙΠΡΟΘΥΜΩΣΕΠΙΔΙΔΩΣΙΝΕΑΥΤΟΥΣ ΑΡ
ΑΙΣΚΥΘΟΥΚΑΙΕΙΚΟΝΑΧΑΛΚΗΝ ΗΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΑΝ

στήλην ἀ]ναστήσας· ὁ δῆμος στεφανοῖ Σκύθην Ἀρχιδάμου ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὄντα καὶ εὔνουν τῇ πόλει. ἵνα δὲ κα[ὶ πα-
νταχ]ῇ εἰδότες πάντες ἣν εἰσφέρεται σπουδὴν ὁ δῆμος ὑπὲρ τῆς τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τιμῆς ζηλωταὶ τῶν κε[χαρ –
ισμένων τῇ πόλει γένωνται] καὶ προθύμως ἐπιδιδῶσιν ἑαυτοὺς – – – – –
– – – Σκύθην καὶ εἰκόνα χαλκῆν [στῆσαι ἐν τ]ῷ τῆς Ἀρτέμιδος [νεῷ – –
– –

Vs. 6. Ephesii Badromio prytane constituerunt ut Scythes proximis Dionysiis corona ornaretur; quae quum iam inciderent in annum sequentis prytanis nondum designati nominata sunt *τὰ μετὰ Βαδρόμιον πρύτανιν.* Vs. 6. 7. Supplementum non adeo certum est; neque vero potest dubitari quin hoc loco inscriptio a vulgari tenore (*ἀναγορεύειν δὲ τὸν κήρυκα* vel sim.) recedat. Honor qui alicui tributus erat memoriae tradi poterat ita ut ipsum decretum perscriberetur (*ἔδοξε τῷ δήμῳ στεφανῶσαι τὸν δεῖνα* vel sim.), et ita ut argumentum decreti notaretur (*ὁ δῆμος στεφανοῖ τὸν δεῖνα* vel sim.). Vulgo alterutrum factum est, nonnunquam utrumque, ut (C. I. 5475) in uno lapide primum legitur psephisma (*ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ κτλ.*), deinde argumentum psephismatis (*ὁ δᾶμος ἐπαινεῖ καὶ στεφανοῖ κτλ.*); ut (C. I. 1625; 3068 B) decretum iubetur in pila lapidea inscribi, argumentum decreti (*ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ – ἐτείμησεν* et *τὸ κοινὸν στεφανοῖ κτλ.*) in basi statuae. Cf. praeterea Curt. Delph. n. 68. 69. Similem in modum psephisma quo Scythes honoratur positum est in basi statuae (ut ibi poneretur, fortasse constitutum erat in fine inscriptionis qui periit); argumentum psephismatis (*ὁ δῆμος στεφανοῖ κτλ.*) iubetur scribi — si recte supplevimus — in pila. Vs. 8. cf. C. I. 1625 vs. 80 *ἵνα πολλοὶ ζηλωταὶ γείνωνται τῶν ἀγαθῶν τῶν εἰς τὴν πόλιν μαρτυρουμένων τῶν πρώτων.*

Revue archéologique 1875 juillet p. 49.

Ex apographo a Batavo quodam olim Smyrnae non ita diligenter confecto titulum edidit Perrot. Iam accuratius eum repeto.

(Vide tabulam.)

Quamquam margo lapidis est integer, tamen vix dubium quin inscriptio ab initio sit mutila. Versus duos periisse puto scriptos in giso vel aëtomate huic tabulae olim imposito.

[*ὁ δεῖνα – – – κατεσκεύασε*]
[*τοῦτο τὸ ἐνσόριον ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναικὶ Εὐ-*]
θαλήᾳ καί τοῖς ἰδίοις πᾶσι· ὃ καὶ τοῦτο τὸ
μνημῆον κληρονόμῳ οὐκ ἀκολουθήσει.
μηδενὶ δὲ ἐξέστω τοῦτο τὸ μνημῆ-
ον ἢ μέρος τι αὐτοῦ μήτε πωλῆσαι μήτε

μεταθεῖναι μήτε ἐξαλλοτριῶσαι μήτε δό-
λῳ πονηρῷ τι ποῆσαι· ὁμοίως δὲ μηδενὶ ἐξ-
έστω ἀγοράσαι αὐτὸ ἢ δόλῳ πονηρῷ τι ποῆσαι.
τῷ δὲ ὑπεναντίον τούτοις τι ποήσαντι ἢ πω-
λήσαντι ἢ μεταθέντι ἢ δόλῳ πονηρῷ τι ποήσαν-
τι μήτε γῆ εἴη βατὴ μήτε καρποὺς ἐκ γῆς ἢ ἐκ θα-
λάσσης ἱλαροὺς εἴη δέξασθαι, οἵ τε θεοὶ οἱ οὐρά-
νιοι καὶ οἱ κατὰ γῆς δαίμονες κεχολωμένοι αὐτῶ-
ι καὶ γένει αὐτοῦ εἴησαν· καὶ ὁ παρὰ ταῦτα ποήσας ἢ πω-
λήσας ἢ μεταθεὶς ἢ ἀγοράσας ἀποτεισάτω τῇ Ζμυρ-
ναίων γερουσίᾳ ἀργυρίου δηνάρια δισχείλια καὶ τῶ-
ι ἐπεξελευσομ[ένῳ τούτῳ τῷ μνημήῳ ἄ]λλα ἀργυρίου
δηνάρια χείλια καὶ οὐδὲ[ν ἧσσον ἔστω ὑπεύθυνος τῶν πλημμελ]ηῶν τῶν κ[ατηραμένων].

in margine: *δριγ[ά]νιον.*

Vs. 3. *ὃ καὶ κτλ.* Verborum conformatio non optima illa quidem est sed genuina videtur; nam litera O certissima est atque tanta ut pro signo interpunctionis accipi non possit; quod contra Perrotum moneo. Sarcophagum — ni fallor — auctor tituli ipse conficiendum curaverat, sepulcrum quod quomodo nactus sit dicere omittit eum aut hereditate accepisse aut emisse putandum est. Vs. 4. Cf. imprimis C. I. n. 2835 *ἐν δὲ ταῖς εἰσώσταις οὐκ ἐξέσται θάψαι — κληρονόμους αὐτῶν*, n. 3270 *τοῖς δὲ κληρονόμοις μου οὐκ ἐπακολουθήσει τοῦτο τὸ μνημεῖον*, n. 3870 *τοῦτο τὸ μνημεῖον κληρονόμοις οὐκ ἀκολουθήσει.* Vs. 8. 9. 11. *δόλῳ πονηρῷ*, cf. n. 2485. Vs. 12 sqq. Similes devotiones continent alii tituli Asiani, C. I. 2826, 3919. Vs. 19. cf. C. I. 2826 ubi post devotiones legitur: *καὶ οὐδὲν ἧττον ἔσται ὑπεύθυνος προστείμῳ τῇ ἱερωτάτῃ θεῷ Ἀφροδείτῃ εἰς κόσμον αὐτῆς δηνάρια πεντακισχίλια* et C. I. 3266 ubi post multae minas legitur: *καὶ οὐδὲν ἧσσον ἔστω ὑπεύθυνος τυμβωρυχίᾳ.* Vs. 19. fin. Desideratur clausula non pernecessaria illa quidem sed usitatissima: *ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς ἐξσφράγισμα ἀπόκειται εἰς τὸ ἀρχεῖον;* sed lapicida, quum inscriptione male in lapide disposita cymatia scriptura tegere coactus esset ne his quidem sufficientibus ultimum versum qui illam clausulam continebat in eo lapide videtur posuisse qui nostrae tabulae pro basi fuit. — In dextero tabulae margine exarata est plantae florentis imago adscripto nomine: *δριγάνιον.* Floribus et arboribus prope sepulcrum crescentibus Graeci valde delectabantur, cuius rei in titulis haud rara occurrit mentio:

C. I. 6270: *οὐ βάτοι, οὐ τρίβολοι τὸν ἐμὸν τάφον ἀμφὶς ἔχουσιν*

— — — —

ἀλλά με πᾶν δένδρος χαρίεν περὶ ῥίσκον ἀνέρπει
κυκλόθεν εὐκάρποις κλωσὶν ἀγαλλόμενον.

C. I. 6789: *ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,*
μὴ βάτος αὐχμηρή, μὴ κακὸν αἰγίπυρον,
ἀλλ' ἴα καὶ σάμψουχα καὶ ὑδατίνη νάρκισσος,
Οὐΐβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα.

Is qui hoc monumentum exstruxit ne mortuis unquam optatus flos deesset imaginem origani insculpendam curavit. Non alienum est monere de ipso Smyrnaeo origano apud Plinium fieri mentionem.

II. INSCRIPTIONES SEBASTOPOLIS GALATICAE.

In volumine septimo actorum societatis philologae graecae quae est Constantinopoli D. Damon edidit aliquot inscriptiones quas a se transcriptas esse narrat a. 1871 prope vicum cui nomen Sulu Seraï, 39⁰ 40′ 31″ lat. sept., 33⁰ 41′ 56″ long. or. Quas quum ipse explicare noluerit editor, hoc loco placet repetere et tractare.

